

[Clarissimo Jureconsulto Johanni Mentzer Wra-
tislaviensi, Amico longe. Charissimo.]

Viro et integro et erudito Johanni Hesso
Bononia.

Salutem. Patri tuas literas reddidi, qui me summa cum hu-
manitate excepit, atq; ita factum est, ut et ipsi et tibi quanti-
plurimum debeam. Colleam nostram ne conveni, qui et
ipse laetissimo convivio me excepit. Rōi Birckamerum,
cujus gravitas mihi adeo placet, ut nihil supra. Contraxi
amicitiam cum doctore Michaelē Mareschallio. Quid
multa? Haec mihi omnia ex sententia successerunt. Sed
aliquos Nūrenbergenses ad partes Ecclesiarum aliquantū pro-
pensionem esse, magnopere doleo. Utinam eis omnibus iudici-
um Wilibalestinum contigeret. Tu bene vale cum nostris
omnibus. Norimbergae Anno M. D. XLIX. quinto calend.
Septemb.

Tuas J. G. Pflug.

Reverendissimo Patri Martino Luthero, Augustiniano
Litterarum Professori cum docto, tum
sancto, Amico nro antiquissimo.

P. P. D. Dno Martino Venerando iteniq; mihi charissimo, formam
in te amorem meum custodiunt, quod summa familiaritate.
Erfordia bonis artibus simul operam dedimus aetate juvenili, quod
tempus inter similes mores artibus: fundamenta amicitiae collo-
cat. Deinde quod te habemus tam egregium defensorem recte
pietatis, quam tantum protegis clypeo scriptura, quantum
conantur alii spe lucri subvertere; quid fit, ut qui tam longe
abim, saepius tecum colloquar, jurgam dextram, de te somniam,